

NOTÆ PARAPHRASTICÆ AD  
 novissimam Editionem instrumentorum factam per Reverendissimum Indiarum Commissarium in causa competentia Jurisdictionis cum Reverendissimo Seraphici Ordinis Generali Ministro.

**H**IC remoratus documentorum acerbus duo non contemnenda præsignat: & nimiam Commissarij Indici cautelam, quæ fraudis suspicionem gignit, *glos. in l. Si quis sub conditione. D. de cõdition. instit. Menoch. lib. 3. præsumpt. 1. 12. n. 67. Farinac. de falsitat. q. 162. n. 155.* & animum procrastinandæ cognitionis, ut Reverendissimus Seraphici Ordinis Antistes tædio affectus, causam deserat, ac ipse Commissarius iure occupationis de ambita libertate triumphum reportet. faciunt scripta per *Azavedo in l. 3. n. 1. tit. 9. lib. 4. Recop. Parex. de instrum. edition. tit. 6. resolut. 3. n. 54.* Quin immo ipsa mora productionis fraudem in instrumentis delitescentem denotat, *arg. text. in l. Si quis forte. 6. D. de pæn. observant cū alijs Menoch. lib. 5. præsumpt. 20. n. 39. Parexa. tit. 7. resolut. 2. n. 119. 37.*

*Ad n. 12. 35. usque ad 36.*

Quis non videat in hac conclamata protestationum illuvie protrahendæ litis consilium serpere, & eo totam iaculationem refetri? Apagè, ut Regius Filci Patronus, vir eruditissimus, æque & pius velit, ut supremus Indiarum Senatus de modo iurisdictionis spiritualis, & cuius sit ligare & absolvere inter personas Religiosas absque speciali & disserta delegatione Pontificis ordine iudiciario cognoscat.

*Ad n. 20.*

Hoc mandatum Congregationis Vallisoletanæ de anno 1670. iniunctum Commissario Indico, ut in Provincijs suo muneri contributis alternativam officiorum servari curet, ut

A plu-

plurimum supponit iurisdictionem ordinariam, (si excitative directum fingas) non privativam, neque supremam, de quibus differitur, *cap. licet in corrigendis. 12. de offic. ordinari.*

*Ad n. 24.*

In hac Victorianæ Constitutionis (evidenter apocriphæ) comprobatione imbelles insudant: quia ut monuimus in defensorio latino num. 127 in præsentiarum chartam emporeticam agit, nullius prætij est. Ast non cessant nos urgere, & provocare, ut de illa commentitia lege aliquid regeramus. Invite tamen, & solius defensionis ergo.

Plura sunt argumenta, & quidem apodictica, quæ ad eam convincendam præstat Reverendissimus Minister in Mem. num. 417. 418. & 419. Nos unum, aut aliud subijciemus. Primum descendit ab inverosimilitudine, qua nihil urgentius est, quod veritati adversetur, *cap. Quia verisimile. 10. ubi Barb. num. 3. § 5. de præsumptionib.* Legitur in illo pseudo statuto, eius ordinationem à nostri Invictissimi Regis Imperio processisse; quod nulli cor dato inverosimile, ne dicam erroneum, non videbitur: sed instrumenta clausulas insolitas, & non verosimiles continentia, falsa præsumuntur, *Farinac. de falsitat. § simulat, quæst. 162. num. 155. § 215. ergo.*

Secundum est, quod testimonium novissime productum Archiotæ Romani ex Aracoelatenſi Cœnobio, non probat existentiam Statutorum originalium, quæ condita fuerunt in Comitij Victorienſibus de anno 1648. & sub eodem anno Cæsar Augustæ punicem receperunt: quia verbis, & assertione negativa conceptum est, qui modus attestandi per rerum naturam improbabilis censetur, *l. actor. 23. C. de probat. l. ad severatio. 10. C. de non numerat. pecunia. c. fin. 6. q. 5. c. bona memoria. 23. de elect. c. ad nostram. 12. de probat. l. 117. tit. 18. p. 3. l. 32. tit. 11. p. 5. Nisi ita loco, vel tempore circumscribatur, ut aliter sentiendi possibilitas abscedat, §. item verborum. 12. instit. de inutilib. stipulat. l. optimam. 14. C. de contrah. §. commit. stipulat. c. ex tenore. 35. de testibus. Exoriant Farinac. de testib. q. 65. ex n. 218. Duarenus sub tit. de probat. c. 12. Fermosini in c. quoniam contra falsam, q. 2. § 3. eod. tit.*

Non

Non præstat hanc circumscriptionem, seu coarctationem  
 volutatio diligens regestorum, quæ in Archivo Romano re-  
 posita sunt: quia regula contraria duntaxat procedit, quando  
 vnicus est locus, vbi seruari debent; non sic, quando alibi re-  
 condi solent: tunc namque inuestigatio vnus Chartopylaciij  
 in existentiam instrumenti non probat, quia in alio esse, & in-  
 veniri potest, quemadmodum intelliguntur, *tex. in l. non est  
 novum. 5. & in l. instum. 6. C. de edendo.* obseruat *Rota apud  
 Posth. post tractat. de manuten. decis. 548. n. 9.* eis verbis:  
*Neque per exhibitionem documenti factam ad effectum docen-  
 di de professione emissa, qua in eo non est registrata, excludi-  
 tur possibilitas illius existentia in alia scriptura, vel documen-  
 to diverso ab actu fidelitatis: quia ad hoc vt probatio negatiua  
 non concludat, sufficere actus possibilitatem notat Paul. de Ca-  
 stro, & c. latissimè Parexa. tit. 7. resolut. 10. n. 1. 78. 79. & 80.*

Hæc doctrina præsentī hypothēsī adamsim aptatur, quia  
 non constat, nec certa regula nobis proponitur, qua scia-  
 mus, vtrum Romæ, an Matrīti, vel alibi Statuta, & ordinatio-  
 nes originales Congregationum seruari debeant: nec maior  
 viget ratio eas reponendi Romæ, quam Matrīti, aut in To-  
 letano Cœnobio, vbi alternatim comitia Generalia Seraphi-  
 ci Ordinis celebrantur.

Sed demus (sine veri præiudicio) acta Victorienſia de an-  
 no 1648. seruari debuisse in Romano Chartopylatio, & quod  
 non in ventio eorum editas Constitutiones, spurias, suspectas  
 que reddat. Quæro, num hoc vitium æque influit in Consti-  
 tutiones Matrīti, ac Cæsar Augustæ excusas? Certè sic: quia  
 matrix earum vna, atque eadem fuit, vel esse debuit: ergo illa  
 ordinatio, cui tantopere fidit Commissarius, in aluo Prætoris  
 scitibi non meretur. Dignus, qui retorta faggita amare descat:  
*Hentalis. patior vulnera facta meis.*

Et consequenter quærat aliquis: vbi ille Reverendissimus  
 Maldonatus, qui Author fuit postremæ editionis Matrīten-  
 sis, & bellum hoc indicere cepit Reverendissimo Generali  
 Ministro, reposuit Constitutiones originales Victorienſes,  
 cum necessario ad ipsam, ad vrgendum prælum, præventa-

re fuissent: facile cordati respondebunt: *Ad constandam Constitutionem spuriam, in verosimilem, Statutis Seraphicis contrariam, & Canonicis sanctionibus inimicam, non fuit opus aliqua originali ordinatione. Vt quid ergo regeſtum illius quaritis? Aut quare millium terebrare nitimini?*

*Ad n. 30.*

Duo hic notare libet. Primum, quod assertioni Principis, etiam de facto proprio, quo usque statur, donec contrarium probetur, quemadmodum accipitur *text. in Clement. unic. de prob. ut ibidem observat cum alijs August. Barbos. n. 7.* Sed leges Seraphici Ordinis diserte hanc hæreditatem instituendi Procuratores etiam pro America Familia, deferunt Reverendissimo Ministro, ut in defensorio latino ex n. 103. ergo.

Secundum, quod actus in contrarium præsumpti, & attentati ab Indiarum Cómisario liti causam dederunt: qua propter in consequentiam trahi non possunt, plene *Posth. de manut. observat. 17. ex n. 44.*

*Ad n. 31. & 32.*

Testimonia, quæ in his §§. producuntur, præter innumera vitia, quibus scatent, & propter pudorem consulto omitimus, ut plurimum probant, fratrem Franciscum de Rosellon de facto, & uti Procuratorem putativum adstitisse causæ beatificationis servi Dei Sebastiani de Aparicio; non ius, seu valorem mandati: quia Sacra Rituum Congregatio nihil de hoc usque modo interloquuta fuit, *ad Bart. in l. 1. & ibidem lasso. n. 8. C. de Procuratorib.* Quin nec docent procuratorem de facto: quia decreta de illa non assertive, sed enuntiative loquuntur, qui neutiquam est modus legitimus probandi mandatum, *Felin. in c. cum in iure peritus. n. 14. de offic. delegat. Maschard. conc. 1008. n. 7.* Etiam si velis Sacræ Congregationi Pontificiam adsciscere Maiestatem; quia inficiente Domino litis (qualis censetur Reverendissimus Antistes) eius narratio, seu enuntiatio in nihilo relevat, *Maschardus ubi proxime n. 16.* Utique tamen sic, hic actus arte Pellaci Cómisarii & potentia ad Ministrorum Regionum Romæ agentium obtulit, causam dedit, fomitem ministravit

*Pelag.*

vit

vic huic controversiæ: floci igitur stimandus est, vt supra n. 30. ad finem.

*Ad n. 36. usque ad 45.*

Hæret Commissarius Indicus præscripto appellationum Ordini; vt inde deducat, Reverendissimum Ministrum nihil in vniverſa Religione præſumere poſſe, niſi per quærelam additus fuerit à ſubditis. In qua re Conſtitutiones œcumenicas confundit cum ſpecialibus vtriuſque Familiæ, Ciſmontanæ, & Ultramontanæ: cum in Ordine ad obligandum è Regione diſtent, c. 2. de Conſt. in 6. *Autunez. de donat. Reg. p. 2. c. 10. ex n. 51.* Sed qui malam cauſam fovet, nihil non conſuſe, non cum ſtrepitu agit.

Illis, quæ de hac re dedimus in deſenſorio n. 14. 15. 16. 17. 64. & 65. addi poſſunt ſequentes notulæ. Prima, quod ille ordo appellandi gradatim, duntaxat procedit in iudicialibus, & deductis ad forum contentioſum, eo modo quod inter Regulares diſcutiuntur, c. *qualiter* & *quando in fine. 24. de accuſat.* non in extra iudicialibus, & ad iurisdictionem voluntariam pertinentibus: de hiſcenén Conſtitutiones allegatæ, nec verbum loquuntur; vnde in hoc articulo recurtendum eſt ad ius commune, l. *commodiſſimè. 10. D. de liber. & poſthum. l. præcipimus. 32. C. de appellat. Autunez. de donation. reg. p. 2. c. 10. n. 108. 124. & 125.* Quod in hac parte explorate favet Reverendiſſimo Seraphicæ Religionis Præpoſito. Quin & in alia, quoad ius avocandi nullus, qui elle vero opus non habeat, authoritatem ei negat, vt ad incudem in deſenſorio probavimus.

Secunda notula, quod Commiſſarius in hac re ſibi non conſtat. Contendit, Reverendiſſimum Præpoſitum in Provincijs Americis Præſatura Ordinaria exuere ſub ſuco appellationis gradualis: ipſe tamen, qui in ea familia Præfecti munus gerit, ab hac lege liberum ſe facere ſatagit. Quis non rideat? l. 1. *D. quod quiſque iur. vbi Ulpianus: hoc edictum ſummam habet æquitatem, & ſine cuiuſquam indignatione iuſta. Quis enim aſpernabitur, idem ius ſibi dici, quod ipſe alijs dixit, vel dici effecit?*

*Ad*

Ad n. 63. usque ad finem.

Hoc Ministri Generalis Capuccinorum exemplar extra orbitam est: & si quid probat, adversus Commissarium Indicum retorquetur. Quoad creationem & institutionem Commissarium Peruviani & Mexicani, ac Vice-Commissarii Hispanensis habemus leges differtas, quas retulimus in defensorio n. 119. 123. 124. & 125. quibus vigentibus vicini mores insipide advocantur, c. cum olim. 6. ubi latè Barb. num. 4. § 5. de consuetud.

Si tamen Regio Rescripto, quod hic inseritur, morem gerere velis, nihil in eo recensetur, quod ad decisionem præsentis articuli trahi possit; quia non præceptorium, sed præcatorium est, & in materia rescribenti non subiecta, D. Salgado de Reg. Protect. p. 1. cap. 2. num. 169. In quo valdè elucet nostri Augustissimi Principis pietas, adque sacra ministeria, & Ecclesiasticam immunitatem summa Religio, cuius ergo in hisce rebus non legiferum, sed præcatorem se ostendere, quam sanctius studet.

Si tamen (vt coniectari licet) hæc officia cum Capuccino Præposito ad exemplum trahuntur, vt Reverendissimus Observantiæ Minister illum imitetur, frustra tempus terunt in hac disceptatione forensi. Præce agant, non iure contendant. Interim tamen Commissarius sibi reponat, quid de perpetuitate illorum munerum noster Monarcha in eo rescripto senserit; vt sicut protectionem Principalem tota aviditate proquiratur, ita animo Regio, vere pio, supra miraculum Catholico, mentis præstet obsequium. Salva, &c.

Fr. Martinus de Salazar, Concionator Regius,  
Custos, & Pater Provinciae Castellæ, ac  
R. mi Patris Ministri Generalis Procurator.



THE HISTORY OF THE  
CITY OF BOSTON  
FROM THE FIRST SETTLEMENT  
TO THE PRESENT TIME  
BY NATHANIEL BENTLEY  
VOLUME I  
PUBLISHED BY G. B. LITTLE & CO. BOSTON  
1857